



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

HENRICI RANZOVII
De Somnijs, eorumque euentibus.
LIBER.

Cui

Acceſſerunt eiuſdem H. R. quatuor filiorum, ac vnius filiæ, diuerſis in locis piè defunctorum, nonnulla Epitaphia, & monumentorum quorundam Ranzouianorum Deſcriptiones, cum quibuſdam alijs in fine additis Epigrammatibus.

Multa monet Natura, Deus quoq; plurima mittit,
Per quæ mortales ſæpe futura docet.

ROSTOCHII
Typis Stephani Myliandri.
Anno 1591.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Effigies Henrici Ranzouij, Regis Daniæ in Ducatibus Vicarij.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

HENRICI RANZOVII

De Somnijs, eorumque Euentibus liber.

SAEpè tenebroſá perpeſſus ſomnia nocte,
His ſit, quæſiui, num tribuenda fides.
Cumq́; mihi dubiam traheret ſententia mentem,
Somnia quàm plures & nihil eſſe velint.
Euentus, dixi, faciet dubitabile verum,
Si quis ab euentu facta notanda putet.
Somnia multa quidem ſum tempore paſſus ab iſto,
Hæc tamen euentu non caruére ſuo.
Somnia ſunt aliquid, tu ſomnia ſpernere noli, "
Id me, cum ſacris, ſcripta prophana docent. "

Hinc Iacobe tuus ſcalæ fuit impetus altæ,
Sic Nebucho donaſar omnia vera tulit. Geneſ. 28.
Præuiſa in ſomnis ſunt vbertaſq́; fameſq́;,
Cum caſtus Ioſeph carcere ſeptus erat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Nam Pharao ſeptem ſat obeſo corpore vaccas,
Geneſ. 41. Cap. E ſummo vidit paſcua adire mari.
Mox vaccas totidem macilento corpore vidit,
Vix pelle hærentes oſsibus atq; ſuis.
Quid fuerint, ſeptem læti prouentibus anni,
Et ſeptem ſteriles edocuere ſatis.
Geneſ. 37. Manipulus Joſeph ſummos prædixit honores,
In ſomno viſus, nocte ſilente, graui.
Fructificans vitis pincernæ fauſta ſpopondit,
Quando erat in vinclis ſqualidus ipſe ſuis.
Cum vacat euoluas Danielis ſcripta Prophetæ,
His quoq; ſunt aliquot ſomnia miſta locis.

In ſomnis monitus Ioſeph nutritor IESV,
Matth. 2. Fugit in AEgyptum cum genetrice DEI.
Hæc quoq; cauſſa fuit, Solymorum ex vrbe profecti
Cur Orientales non rediere Magi.

Hæc exempla quidem monſtrant oracula Vatum,
Pluraq; ſuppeditant Ethnica ſcripta tibi.
Hiſtoria Aſtyagis non eſt incognita Regis,
Multorum certè quam monumenta notant.
Hic pulcram vitem de ſe creuiſſe putauit,
Per ſua cum tacitus ſerperet oſſa ſopor.

Eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Eſt eadem vitis viſa extendiſſe racemos,
Hi tegere vt poſſent Aſia quicquid habet.
Euentum ſortita ſuum res iſta putatur,
Aſtyagis Cyrum filia cum peperit.
Qui populos Aſiæ iuſto moderamine rexit,
Et felix ſemper perpete laude fuit.
Nunc tua, Tarquini, narrabo ſomnia paucis,
Auſoniæ regimen quem penes vrbis erat.
Hic patrio in ſomnis ſe more litare putauit,
Vt benè placatos poſſet habere Deos.
Ficticij quamuis eſſent, tamen ariete cæſo, Liuius.
Hos gemino voluit conciliare ſibi.
Se quoq; proſterni ratus eſt truculenter ab uno,
Corporis vt nigram mole feriret humum.
Idem ſe ratus eſt obſcuræ noctis in vmbrâ,
Quadrupedes roſei cernere ſolis equos.
Tranſuerſâ vice currentes à veſpere ad ortum,
Mœſticia vnde viro non leuis orta fuit.
Hoc notat exſilium, dixit conſultus Aruſpex,
Rex ò Tarquini, ſis memor, exſul eris.
Fiet & inſignis Regni mutatio, qualem
Vrbs pia Romulidum vix habuiſſe poteſt.

Temporibus priſcis Samium vixiſſe Tyrannum
Proditur in doctis hic & vbiq; libris.

Cui fuit eximium multo de robore nomen,
Obruta non vllo proſperitaſq; metu.
Suſtulit è medio mors hunc fœdiſſima tandem,
Dum trabe ſuſpenſus finijt ipſe dies.
Ipſius inſomnis hoc filia viderat ante
Quàm fieret, ſomno territa virgo graui.
Suſpenſum quoniam patrem terram inter & aſtra
Dum dormitaret, vidit & obſtupuit.
A phœbo nec non vngi conſpexit eundem,
Perfundi tandem vidit & imbre Iouis.
Contigit hoc totum, genitor ſuſpenſus in altum,
Phœbæo nec non vſtus ab igne fuit.
Pinguedo fuit vnguentum, quam traxit ab illo
Phœbus, & immenſis abluit imber aquis.

His patet exemplis, quòd ſint præſagia rerum
Somnia, iudicio & ſubijcienda graui.
Nam teſtatur idem Calphurnia Cæſaris vxor,
Quæ prius inſomnis triſtia paſſa fuit.
Valerius lib. 1. c. 7. *Suſtulit e medio pro libertate vetuſtâ*
Quàm ſibi dilectum factio dira virum.
Namq; cruentatum corpus ſibi viſa mariti eſt,
In gremio lacrymis fœda tenere ſuo,

Nec

Nec prece nec lacrymis ſomno defuncta pepercit,
A collo pendens officioſa viri.
Curia ſi poſſet fieri ſuſpecta marito,
Cum ſocio Brutus nam benè notus erat.
Hei mihi quòd ſpreuit Cæſar præcepta monentis,
Atq; pijs precibus noluit eſſe locum.
Non tepefeciſſet generoſo ſanguine ferrum,
Nec fundens animam procubuiſſet humi.
Si tibi geſſiſſet Cæſar, Calphurnia, morem,
Motus & hæſiſſet ſuſpicione domi.

Auguſtus felix, qui poſt tua funera, Juli,
Suſtulit Imperij ſceptra relicta tui.
Et præter ſummo quam quòd ſucceſſit honori,
Exemplo didicit cautior eſſe tuo:
His quia cum Brutum ſequeretur vindice ferro,
Subiectus Medico maluit eſſe ſuo. Valerius ibid.
Quàm vitam inſidijs exponere; Namq; Minerua Plutarchus in Bruto.
In ſomnis Medico dixerat iſta ſuo.

Ac quoniam de te Cæſar, cœpere Camenæ
Octaui, numeris latius ire libet. Suetonius in Auguſto.
Cum Capitolinam ſolenni more dicaſſent
Romulides ædem, quæ decus vrbis erat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Appianus lib. 4.

Res quædam occurrit Catulo per ſomnia Quinto,
Carminibus quæ non eſt reticenda meis.
Nam iuuenes aliquot ſacrâ conſpexit in æde,
Corporis eximios ingenijq́ bonis.
Quos prætexturæ donarat honore ſenatus,
Hos quoq́ ludentes vidit, vbi ara ſtetit.
Mox Capitolinus ſecreuit Juppiter vnum,
Vrbis et hunc celebrem fecit honore nouo.
Dans ipſi præclara tuum, Reſpublica, ſignum,
Geſtabat celsâ forte quod ipſe manu.
Hoc primum: porro Catulus conſpexit eundem,
In gremio dicti nocte ſequente Jouis.
Quæſiuitq́ aliquem, qui de Ioue velleret ipſum,
Hoc vetuit monitis ſed Deus ipſe ſuis.
Non aliter, quàm ſi ſub eo Reſpublica tuta
Succeſſu & florens temporis eſſe queat.
Obuius Auguſto Catulus fit luce ſequenti,
In non ignoto lumina fixa tenens.
Ac mirabundus iuuenem dum ſpectat, in iſtas
Erumpit voces: hic decus vrbis erit.
Nam penitus membris ac ore ſimillimus iſt[e] eſt,
Per ſomnum viſus qui fuit ante mihi.

Tullius eloquio quo tempore floruit, atq́
In toto mundo maxima Roma fuit.

Accidit in Megarâ quoq; res horrenda relatu, Valerius l. 1. c. 7.
Somnia quæ noctis nonnihil eſſe probat.
Non vno tamen hoſpitio ſuſceptus vterq; eſt,
Hic ſubijt noti tecta benigna viri.
Ille Lycaonias caſu ſed venit in ædes,
In quibus haud pietas, proh dolor, vlla fuit.
Nam ſimul ac ardor ſuerat compreſſus edendi,
Atq; erat in lecto laſſus vterq; ſuo.
Hoſpes, vah, tetrum commiſit in hoſpite factum,
Cædeq; inhumanâ polluit ipſe domum.
Cumq; miſer caderet diro peregrinus ab enſe,
In ſomnis alter paſſus acerba fuit.
Vidit enim comitem contra vim, diraq; tela,
Quærentem auxilium ſupplice voce ſuum.
Territus hac triſti ſurrexit imagine, ſed mox
Se reclinauit ſomnia vana putans.
Cumq; iterum placidus clauſiſſet lumina ſomnus,
(Eſt etenim laſſis non odioſa quies.)
Vidit ab integro comitem non grata loquentem,
Et ratus eſt tales ſe capere aure ſonos:
Hoſpitis è viuis quoniam me ſuſtulit ehei
Sanguinolenta, ferox, & violenta manus.
Te rogo, ne facinus ſaltem ferat illud inultum,
At mea iudicibus triſtia fata refer.

Ne dubites, portas huius te confer ad vrbis,
Quamprimùm fuerit craſtina viſa dies.
Hîc iumentorum malè olenti ſtercore plenum,
Spectabis plauſtrum circumeunte rotâ,
Hoc exangue meum defertur ab vrbe cadauer,
Detur vt agreſti præda petita feræ.
Finis erat dictis: nocturna receſsit imago,
Ex oculis pariter fugit & ipſa quies.
Obſtupuit juuenis, ſtratumq́ꝫ reliquit amici,
Induit & veſtes corde tremente ſuas.
Mox etiam properans portas perrexit ad vrbis,
Euentum cupiens ritè videre rei.
Nec mora, currus adeſt, ſtat onuſtus ſtercore, & iſto
Abſconſum comitis ſtercore corpus erat.
Ah nimis infelix & lamentabile corpus,
Hoſpitis occidit quod violenta manus.
Præuenit aurigam iuuenis, commotus & irâ
Currentes ipſum ſiſtere mandat equos.
Deijcitur ſtercus, cum ſtercore, proh dolor, iſto
Deiectum apparet triſte cadauer humo.
Sic patet infandum facinus, defertur ad aures
Iudicis, & pœnas fert homicida ſuas.
Non hæc in Megarâ conficta, ſed acta fuiſſe
In ſcriptis meminit Tullius ipſe ſuis.

Rem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Rem non abſimilem celeberrima Cimbria nouit,
Colmariæ in noto quæ fuit acta loco.
Hic deteſtandum commiſit adultera coniux A. 1560.
Inſtinctu Satanæ, proh furioſa, ſcelus.
Quale ſit, incluſum numeris, vt ſcire nepotes
Poßint, quà potero dexteritate dabo:
Incola Colmariæ quidam, cui ſedula certè
Cura domus: vxor ſed malè fida fuit.
Ad loca, quæ porcis tunc exhibuère ſaginam,
Secum vicinis contulit ipſe ſuis.
Obſcuram traherent cum ſera crepuſcula noctem,
Apta viatori nox tamen illa fuit.
Cumq; ſuis paulùm digreſſus ab ædibus eſſet,
Hei malè confeſtim cœpit habere miſer.
Dixit et ad comitem: Domus eſt repetenda, ſodalis,
Et quò perrexi non datur ire mihi.
Setigerum pecus ergò meum ne quæſo graueris,
Ad noſtram rurſus ducere ritè domum.
Promiſit comes iſta viro, qui protinus æger,
Inflectit greſſus ad ſua tecta ſuos.
Adueniens ædes occluſas vidit, & intra
Mox animaduertit cuncta ſilere domum.
Vxor enim Veneris gaudebat adultera furto,
Cum ſeruo fœdans luxurioſa thorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Et quia iam dudum ſeſe malefida marito
Fecerat iniectâ ſuſpicione ream.
Nunc etiam ſuſpecta fuit: vir feruidus irâ
Inſtitit ergò ſuas concutiendo fores.
Territus aufugit mœchus, ſtratumq́; reliquit,
Hei malè pro merito vox nimis æqua fuit.
Pulſatas toties tandem vix mœcha recluſit,
Inſidijs nec non fraude repleta, fores.
Atq; viro cœpit vehemens intendere litem,
Quam non immeritò debuit ipſa pati.
Neglectum incuſans pecoris diſcrimine plenum,
Pro nihilo duxit damna pudicitiæ.
Sed vir multa mouens intra ſe, et laſſus eundo
Impoſuit lecto frigida membra ſuo.
Et cum prima quies ipſi per membra latenter
Serperet, admiſſum eſt exitiale ſcelus.
Mœchus cum Mœchâ iugulum mucrone reſoluit
Namq́; quieſcentis (res memoranda) viri.
Mox etiam ſacco gelidum intrusêre cadauer,
Atque ſepulturæ proxima cura fuit.
Aggere defodiunt illud ſatis inde remoto,
Tutaq́; ſperantes omnia, & abſq; metu.
Inſuper egregium ſimulauit adultera luctum,
Omnis cum fuerat turba reuerſa domum.

Reple-

Repleuitq; vias crebris vlulatibus omnes,
Atteſtando ſuum non redijſſe virum.
Sed Deus è ſummo qui proſpicit omnia cœlo, “
Iudice clam tantum noluit eſſe ſcelus. “
Iuſtus enim Deus eſt, patrantes, odit, iniqua: “
Nunc quâ detectum ſit ratione, dabo,
Cum re confectâ vicinia cuncta rediret,
Vnus fecit equos pabula adire ſuos.
Et ſubter currus conceſſit lumina ſomno,
Aurorâ bigis approperante ſuis.
Hic vbi Mœcha viri defoderat ipſa cadauer,
Ah nihil eſt ſummum fallere velle Deum. “
Namq; quieſcenti vir quidam apparuit, illum
Ore repræſentans, qui tumulatus erat.
Hunc ille obiurgat, quærens cur ſerius adſit,
Nec tempeſtiuè venerit ipſe domum.
Hic contra: noli quicquam, vir amice, timere,
Sed mihi da puro pectore quæſo fidem,
Te ſummo ſtudio mea velle capeſſere iuſſa.
Annuit; hic autem talia deinde refert:
Cum Mæcho vxoris propriæ me dextra peremit,
Aggeris ac huius contumulauit humo.
Hoc ſuper impoſito dabitur ſpectare recenti
Ceſpite, & hoc notum fratribus eſſe velim.

Cætera iudicibus mando: diſparuit hiſce
Vocibus Orator, iamq́; erat orta dies.
Ille domum pergit, ſed præ formidine mentis,
Dicere non audet fratribus iſta viri.
Reſtaurans iterum gratá ſua membra quiete,
In ſomnis patitur, quæ modò paſſus erat.
Lecto aſtare virum ſtupefactus cernit eundem,
Soluentem ſubitò talibus ora modis.
Cur leuis es, promiſſa negans? promiſſa requiro,
Aſtrictam verbis, te rogo, ſolue fidem.
Quod me cum mœcho iugulauit adultera coniux,
Detectum cupio fratribus eſſe meis.
Triſtes exuuias aliò mea detulit vxor,
Abſconſæ penitus non tamen eſſe queunt.
Tu comes eſto viris, tu Dux quærentibus eſto;
Monſtrabit tandem nigra catella locum.
Nec mora; cum Titan ſurrexerat, ipſe reiecto
Fratribus expoſuit ſomnia bina metu.
Quæritur amiſſus; ſpectatur in aggere foſſæ
Corporis humani ſigna relicta tenens.
Quæritur vlterius corpus, non cernitur vllum,
Cernitur at circa nigra catella viam.
Disijcit hæc terram pedibus, notat atq́; cadauer,
Protinus ad comites Dux ſtupefactus ait:

Nigra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Nigra quieſcenti talis mihi viſa catella eſt,
Hic nobis fiet res manifeſta viri.
Approperant omnes, mox defoſſumq́ cadauer
Inueniunt, ſic per ſomnia res patuit.
Sic Deus in claram profert abſcondita lucem, "
Tandem impunitum nec ſinit eſſe ſcelus. "
Et ne quid dubites me ſcribere vera, notabo,
Supplicium tulerit quo rea turba loco.
Stadenſem mœchus fugitando venit in vrbem,
Illic ſupplicium mox capitale luens.
Qualiter aſt vitam finiuit adultera coniux,
Indicijs certis dicere Crempa poteſt.
Diuerſisq́ licet pœnas, mortemq́ tulēre
Pro ſcelere admiſſo, fœmina, virq́, locis:
Amborum tamen vna fuit confeſſio, tali
Qualem commemoro ſingula geſta, modo.
Sic velut in ſpeculo ſpectas, odiſſe ſupremum
Rectorem cædes, concubitusq́ vagos.
Acta quidem ſunt hæc elapſo tempore Crempæ, A. 1566.
Præfectus Ranzou Nicoleos vbi erat.

Sed quid ego numeris exempla vetuſta reuoluo,
Cum præſens ætas talia multa ferat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Muſtapha, ne ſpernas in ſomnis viſa, peremptus
Te docet atq; monet ſanguine ritè ſuo.
Quale ſit in ſomnis quod viderit, accipe paucis,
Clauſerit & vitam quá ratione ſuam.
Muſtapha cum gratá repararet membra quiete,
Lucida ſiderei ſcandit ad aſtra poli.
Venit & ad ſolium Mahometi luce coruſcum,
Neſcio quid numen ſupplice voce rogans.
Nec mora, cum Titan luſtrauit lampade terras,
Nuncius en præſens à patre miſſus erat.
Muſtapha dicebat, genitor Solimannus, vt ad ſe
Confeſtim venias, me comitante, iubet.
Muſtapha ſic contrà guttur ſermone reſoluit,
Iam conſtat, ſibi quid ſomnia viſa velint.
Hei dudum eſt odijs quòd ego diuexor iniquis
Et nunc ad cineres à genitore vocor.
Vt perimar, queror, mala me præſagia terrent,
Parebo iuſsis ſed tamen ipſe patris.
Anno 1553. *Perpetiar potius pulcram per vulnera mortem,*
Quàm videar patris ſpernere iuſſa mei.
Dixerat, & patris madefecit ſanguine ferrum;
Somniaq; euentum ſic habuēre ſuum.

Anno 1559 20 Auguſti *Quis Regem Henricum neſcit? cui Gallia paret,*
Vinctis paſsim Gallia plena bonis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Is ſemel hoſtili gaudens certamine vires
Exercere ſuas, paſſus acerba fuit,
Dum turpi faciem fœdauit vulnere, nec non
Poſt aliquot vitam finijt ipſe dies.
Atq; ita diſceſſit triſti certamine victus,
Viderat in ſomnis hæc Catharina ſuis,
Fœdere quæ facta eſt Gallis Regina iugali,
Ac Mediceorum ſtemmate nata fuit.

Rex Daniæ Chriſti qui traxit nomine nomen, A. 1559.
Tertius iſtius nominis atq; fuit. 1. Ianuar.
Ipſe propinquantis ſibi mortis protulit horam,
In ſomnis nouit quam memorante Deo.
Namq; quieſcenti cum lumina ſomnus haberet,
Neſcio quis tales protulit ore ſonos.
Cum campana quidem quartam ſignauerit horam,
Cumq; anni primùm fiet origo noui.
Corporis ac animæ nexum Deus ipſe reſoluet,
Et tibi non vllus poſt cruciatus erit.
Ergò fide Deo, benè ſpera, ritè moneto,
Ante voles obitum ſi qua monere tuos.
Dicta pio Regi ſimul ac aduenerat hora,
Mortuus in verâ eſt agnitione Dei.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Angelus è cœlo demiſſus fortè per auras,
In ſomnis Regi rettulit iſta pio

Nobilis Holſatiæ quidam de ſtirpe Qualenſi,
Qui Joſuæ ſancto de Duce nomen habet.
Triſtia, nocturnus cum lumina ſomnus haberet,
Paſſus Ranzouio de Daniele fuit.
A. 1569. *Vidit enim teretis crepitanti glandis ab ictu,*
Proſterni egregium Marte furente Ducem.
Ioſiæ fratri, lecto quo cum hæſit in vno
Rettulit, ac alijs, qualia paſſus erat.
Elapſis verò bis ſeptem ritè diebus,
Euentum cœpit res miſeranda ſuum.
Namq; viro forti faciem globus abſtulit ingens,
Haud ſine multorum queſtubus ac lacrymis.

A. 1565. 22. Decē. *Nox quæ ſumma meo fuit et poſtrema parenti,*
Cuius adhuc dextro murmure fama viget.
Certa ſecuturæ fecit præludia mortis,
Languenti ſomno facta moleſta graui.
Luctari quoniam ſe nocte putauit in iſtâ
Cum monſtro, humanū quod vorat omne genus.
Fœmina per pomum maleſuada quod intulit orbi,
Inſtinctu Satanæ fœmina facta nocens.

Se

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Se quoq; proſterni genitor vinciq; putauit,
Vincere qui ſolitus fortiter ante fuit.
Hoc ita ſeruenti fuit infirmatus agone,
Sudorem membris vt daret vſq; ſuis.
Tunc ego, Germanusq; meus, quem fata tulerunt,
Tentamus ſomnum rumpere voce grauem.
Euigilat genitor, narrat ſua ſomnia, quæ non
Triſtitiæ nobis cauſſa fuêre leuis.
Triſtia vicinæ ſunt hæc præludia mortis,
Diximus, & venit, proh dolor, hora patris.
Nox elapſa fuit, pars eſt exacta diei,
Veraq; cum letho lucta ſecuta fuit.
Succubuit genitor, ſed ſic vt ſcanderet aſtra,
Pars melior capiens cælica regna ſui.

Propria nunc etiam deſcribere ſomnia paucis,
Perq; ea quæ fuerint notificata, iuuat.
Hæc belli euentum mihi prædixêre cruenti,
Quo duo Sceptrigeri conſeruêre manus,
Hic quorum Daniæ latas moderatur habenas,
Ille regit Sueci Regia ſceptra ſoli.

Hæc quoq; fecerunt præſagia vera futuræ A. 1569
Mortis, Ranzonio de Daniele mihi. 11. Nouem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Ad quem, cum nullus fuerit præſtantior Heros,
Iſtius belli ſumma relata fuit.

Filiolum quoties mea prægnans ædidit vxor,
Filioli toties ſpes mihi certa fuit.
Nam prius in lucem quàm charum poneret ipſa
Ventris onus, nocte eſt viſus adeſſe puer.
Viſus adeſſe mihi eſt & circa ludere lectum
Quale ſit hinc didici parturientis onus.
Filiolum paries, vxor chariſſima, dixi,
Et mihi filiolum parturiendo dedit.

Sæpius in ſomnis flammâ crepitante reſolui
In cineres viſa eſt arx Bredeberga mihi.
Quam meus exſtruxit genitor ſat ſumptib. amplis,
Rebus & inſtruxit non minus omnigenis.
Hoc quoties vidi mihi lux proſperrima ſemper
Contigit, & votis conſona ritè meis.

Roſen-krantz. *Cui Roſa deq; Roſis pulcrè contexta corona*
Cognomen fecit, nunc mihi carmen erit.
Oxius alter erit; ſed ne prænomina ſenſum
Impediant, numeris ſunt quoq; danda meis
A. 1575. *Petrus & Holgerus: quid nunc, cognoſce, ſit actum,*
Hi ſeſe in ſomnis exhibuêre mihi.

Non

Non aliter quàm ſi curru veheremur in vno,
Miſcentes ſcitis ſeria dicta jocis;
Optima regnandi ratio quæ poſſit haberi
Quæſitum eſt, lenis vel violenta, mihi.
Nam prius aurigæ dederam præcepta modeſtè,
Cogeret vt noſtros, non violenter, equos
Dedecet aurigam, dixi, violentia, & illos
Qui regnant, ſiquidem plurima damna parit.
Oxius oppoſuit: non manſuetudine leni,
Vi ſummâ debet ſed vaga turba regi.
Lenta regat Corilus pueros ætate tenellos,
Luxurioſa graui turba premenda iugo eſt.
Dum nos ſermones de regnis cedimus iſtos,
Aduerſas partes & mihi Petrus agit.
Aurigam pariter monet, hortaturq; ſubinde,
Fortius vt noſtros cogere pergat equos.
His monitis auriga viri dum paret, et inſtat,
Impingit, currus vertitur, atq; cadit.
Excuſſi verò, ceu mos eſt, forte rotarum A. 1575.
Petrus & Holgerus ſub grauitate cubant.
Tunc ego: vicinæ ſunt hæc præſagia mortis,
Et ſic è viuis ceſſit vterq; breui.

Sed neq; Lucinæ me maſcula munera fallunt, A. 1578
Quæ mihi per ſomnum monſtrat amica quies. ſub finem Decembr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Magna ſimul Regis coniux, & Filia fratris,
Dulce grauis viſæ ponere ventris onus.
Somnum facta probant, falſo non omine, gnatum
Dum parit hæc Domino, dum parit illa ſuo.

A. 1579. 28. Ian: *Bis quoq; Danorum Rex, quem dixêre ſecundum,*
Præſens in ſomnis viſus adeſſe mihi eſt.
Viſus adeſſe mihi, noſtrumq; attingere ventrem,
Molliter admotâ, nocte ſilente, manu.
Hinc ego collegi Regis benefacta futura,
Contulit in natos quæ benefacta meos.
Succedunt aulæ nati: Res comprobat omen,
Munera dum quivis, Rege ferente, capit.
Coſſoriam, Franciſce, tenes: curamq; Gerhardus
Arcis habet, nomen cui Diadema dedit.
Breidoni per Ius moderanda Lalandia ceſſit,
Quem ſimul in regni parte Senatus habet.
Dena thalerorum numerantur millia Caio:
Somniaq; euentum ſic habuêre ſuum.

Fert mea mens alium reliquis attexere caſum,
Non parui luctus qui mihi cauſſa fuit.
Cum meus Hebraicas peragragret filius vrbes,
Materni nomen qui benè ſeruat aui:

In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

In ſomnis ipſum nec opinâ morte peremptum, A. 1580.
Conſpexi, largis fletibus ora rigans.
Cum prius at vellem defunctum cernere gnatum,
Non meus eſt viſus filius, aſt alius.
Nec minus indolui tamen, & ſum paſſus acerba,
Filius ac fuerit ſi meus, haud alius.
Hæc ego non paucis narraui Regis in aulâ,
Dicens me nati fata timere mei.
Euentum cognoſce rei: ne ſomnia ſpernas,
Elapſi fuerant cum duo namq; dies.
Hic fratris Pauli tenebroſâ noctis in vmbrâ,
Enſe trucidatus filius occubuit.
Nobilis alterius quem ſanguinolenta peremit
Dextera, non pœnas effugitura Dei.
Hìc mihi tàm dilectus erat quàm propria proles,
Virtutis dederat nam bona ſigna ſuæ.
Cumq; meo nato nomen commune Gerhardus
Ipſi erat, ipſe Deus ſoſpitet, oro, meum.
Fertilis atq; potens Hiſpanica terra Gerhardum A. 1582.
Cum fouit natum detinuitq; meum.
In ſomnis vidi reducem, ſi ritè recordor,
Perfuſus magnâ lætitiâq; fui.
Narraui multis viſum, natusq; Gerhardus,
Venit poſt paucos ad mea rura dies.

Heu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Hei mihi, quid dicam fuerint quàm ſomnia vera,
Ante obitum nati quæ mihi viſa mei?
Surgere cum Roſeo coniux Titonia lecto,
Atq; ſolet Phaëton iungere Solis equos:
Tum mihi ſum viſus patrem mandare ſepulcro,
Largiter & lacrymis ora rigare pijs.
Magnaq; nobilium pariter mihi viſa corona,
Quæ patri extremum præſtitit officium.
Protinus euigilo, vigilanti lumine porrò,
Nil cæcas tenebras cernere præter erat.
Hic ad me rediens dicebam: proh dolor. iſta
Filioli mortem credo notare mei.
Et tibi præcipuè metuo, dilecte Iohannes,
Sis quod auo ſimilis nomine & ore tuo.
Huic alia in ſomnis etiam ſucceſſit imago,
In bullà nati funera mœſta notans.
Nam bullas veſtis mihi cum numerare viderer,
Veſtis in extremo defuit vna loco.
Bulla quid hæc fuerit vicino tempore ſenſi,
Cum rapuit natum Parca maligna meum.
A. 1582. *Qui fratrum minimus nomen referebat auitum,*
17. Oct. *Hei quanti luctus hic mihi cauſſa fuit.*

A. 1587.
26. Maij. *Nuper & in ſomnis amitam ſepelire videbar,*
Quæ Catharina ſuo nomine dicta fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Euigilans recito charis hæc ſomnia gnatis,
Nec minus algenti pectore triſtis eram.
Namq; obitum gnatæ viſum hoc prædicere ſenſi,
Cui quondam ex amitâ nomen & omen erat.
Nec mora; proh dolor, euentus reſpondit, & iſta
Deprendi haud verâ viſa carere fide.
Nam Catharina graui correpta eſt filia morbo,
Quem quoq; mors ſubitò dira ſecuta fuit.
Illa ſepulturæ cauſſam mihi præbuit, illa
In ſomnis viſus quam ſepelire, fuit.
Hic etiam luctus grauior, mihi crede, fuiſſet,
Nî præuidiſſem nocte ſilente malum.
Nam quia præuidi, ſtudui anteuenire dolorem,
Quem dederant mortis triſtia fata mihi.
Et luctum metuens ſolatia quærere cœpi,
Ex verbo nunquam decipiente Dei.
O felix, qui non ſecurè ſomnia ridet, "
Ritè ſed obſeruat, quid ſibi cuncta velint. "
Quærit et ad quemuis vitæ medicamina caſum, "
Nam præuiſa minus lædere tela ſolent. "
Hoc quicunq; facit, medicas adhibere dolori "
Ipſe poteſt, quando venerit hora, manus. "
Namq; futurarum ſi quis præſagia rerum "
Irridet, ſtolidis annumerandus erit. "

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Inſulſo ſimilis medico, medicamina cunctis
Qui præbet, ſeſe curat at ipſe nihil.
Hæc ego non hominum dubijs ſermonibus hauſi,
Sed mihi ſunt proprijs cognita vera malis.
Semper ego, quoties dixerunt ſomnia luctum,
E verbo ſumpſi pharmaca certa DEI.
Res nihil eſt capitis pilus, & paſſerculus vnus,
Ignorante Deo non tamen iſte cadit.
Nec vitare poteſt homo quod diuina voluntas
Conſtituit, veluti pagina ſacra docet.
Et quamuis luctu ſe quiſquam conficit ægro,
Nequicquam tamen hinc vtilitatis habet.
» *Solus enim Deus eſt, qui damna grauiſsima nobis,*
» *Cum vult in lucrum vertere dulce poteſt.*
» *Promiſitq́ue malis noſtris ſe velle mederi,*
» *Namq́ue aduerſa bono claudere fine ſolet:*
Hæc in me vincit meditatio ſæpè dolorem,
Dum res amiſſas obliuione tego,
Exſpectoq́ue diem, quá filius ipſe tonantis
Exſpectata piis cœlica regna dabit.
Hæc ego non vllo medicamina tempore ſper-
In precio cunctis ſemper habenda piis.(nā,
Nam mihi longæuæ ſpes eſt certiſsima vitæ,
Et mala viuenti ſunt metuenda viro.

Nata

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Nata ſit vnde mihi forſan ſpes iſta requiris,
 Deſine; nam paucis verſibus iſta dabo:
In ſomnis mihi ſum cunctos amittere dentes
 Viſus, & ora nihil tundere poſſe cibi.
Hoc ego vicinæ veluti præſagia mortis
 Accepi, ac fudi vota piasq; preces.
Sed quia carniuoræ rabies mihi parcere mortis
 Juſſa fuit, canum me fore credo ſenem.
Subſcribunt mihi qui cœlum ſcrutantur & aſtra,
 Et ſpondent vitæ ſtamina longa meæ.
Nec leue pondus habet quod cum genitrice parenti
 Eſt data canicies pol veneranda meo.
Jn ſomnis etiam vox hæc mihi venit ad aures: Anno 1574. 25. Martij ætatis 49.
 Voluendo fies ſcripta diſerta ſenex.
Te populus cernetq; ſenem, cernetq; legentem:
 Iſta ſenectutis ſunt data ſigna mihi.
Quin octogenos (binis cedentibus) annos,
 Bis mihi per ſomnum viuere viſus eram.
Sed promiſſa Dei ſuperant hæc omnia ſigna,
 Et promiſſa nego fallere poſſe Dei.
Qui donec ſupereſt mortalis vita, parentes
 Sincero ac ſtabili ſemper honore colit;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Is certè capiet longæuæ tempora vitæ,
Exod. 20. *Quarti præcepti ſumma ſacrata refert.*
Non eius metuet meritas transgreſſio pœnas,
Sed feret à ſummo præmia magna Deo.
Et quando fuerit preſſus torrente malorum,
Auxiliatrices ſentiet ipſe manus.
Hunc quoq; non durâ Deus audiet aure precantem,
Et plus quàm potuit quærere, ſpontè dabit.
Eius & in nihilum redigentur crimina cuncta,
Horrida ceu glacies ſole calente perit.
Hæc mihi ſpem longæ faciunt oracula vitæ,
Promittunt annos Neſtoreosq; mihi.
Dum vero colui reuerenter honore parentes,
In verbo Dominus ceu iubet ipſe ſuo.
Somnia nam fas eſt ſacro poſtponere verbo,
Vtpote quod veri pendet ab ore DEI.
Eſt tamen inſipiens, qui ſomnia ſpernit & odit,
Cumq; ſuo ſomno ſemper abire ſinit.
Verùm quis poterit paucis comprendere cuncta
Verſibus; hæc elegis ſumma ſit ergò meis.
„ *Somnia ſunt aliquid: tu ſomnia ſpernere noli,*
„ *Id te cum ſacris ſcripta prophana docent.*
„ *Multa monet natura, Deus quoq; plurima mittit,*
„ *Per quæ mortales ſæpè futura docet.*

Tan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Tandem me vanâ ſi non ſpe ſomnia ludunt,
Conſona promiſſis quæ liquet eſſe DEI.
Te, Deus omnipotens, precor, vt tranquilla ſenectus,
Finiat ætatis luſtra peracta meæ.
Sincero te corde tamen celebrabo, colamq́;
Siue breui moriar, ſiue ſuperſtes ero.
Vltima namq́; dies vitæ, ſi credimus, huius
Eſt nobis vitæ fons, & origo, nouæ.

Lectori S.

IMmortalem noſtram eſſe animam, beneuole Lector, non ſolùm ex ſacrarum litterarum arcanis, verùmetiam ex humanis ſomnijs colligere licet: videmus enim animam noſtram, quæ eſt radius de lumine cœleſti in nos transfuſus, corpore quieſcente à ſuis functionibus, quas interdiu, dum vigilat, ſubit, nihilominus eſſe occupatam, et quidem multò impenſius, quàm cum interdiu diſtrahitur, & per ea quæ animæ vix propria dici poſſunt, à ſuæ naturæ conuenientibus auocatur, nihilq́; minus eſſe ocioſam, quàm cum ocioſa. Exſequitur enim nobiliſſima ſua munera, & admiratione digniſſima, planèq́; ſtupenda efficit, ſi cum illis, quæ corporis adiumentis ſubleuantur, conferas, multaq́; præuidet & præſtat, quæ

vigilante corpore præſtaret nunquam. Atqui in eius rei fidem ſupra dicta in medium adduximus exempla, & nunc quoq; ſubijciemus duo, vnum filij, alterum filiæ, diuerſis in locis de eâdem re facta. Anno 91. 16. April. *Vidit in ſomniis Filius meus Caius quartâ ante obitum nocte, virum conſpicuum, & humero vtroq; alatum, ſe accedere, atq; his verbis alloqui. Vigila Cai, vigila, & te præpara: Nam quarto abhinc die morieris. Quo facto ipſe expergefactus & aliquantulùm conſternatus eſt, matre, ſorore Margaretâ, & medicis præſentibus, & ſciſcitantibus, num ſomniaret, an peius haberet. Ibi ille ſomnium ſuum ijſdem narrare cœpit, certò affirmans ac ſtatuens, ſe moriturum (quemadmodum & factum eſt) tempore nominato. Et quamuis prædicti omnes vitæ longioris ſpem illi facere, & ſomnium vanum fuiſſe perſuadere tentarent, non tamen paſſus eſt à ſententiâ ſuâ ſe dimoueri. Sed poſtridie ſtatim, miſſo rebus humanis nuncio, myſtico viatico ſe inſtruxit, quæq; ad migrationem ex hoc calamitoſo mundi piſtrino in beatiorem vitam pertinent meditari incepit, ſemel atq; iterum à matre contendens, vt me patrem, ne nimiùm contriſtarer, ſomnium viſum celaret. Non diſsimile huic eadem nocte, di-*

uerſo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

uerſo tamen in loco, habuit filia mea Magdalena, Geltingæ itidem ſomnians, ab homine quodam ignotæ formæ, attingente leuiter manu lecto, his verbis ſe compellari. Quid triſtâre ob ægrotum fratrem mulier, lapidem lauas, morietur breui, & quidem quarto abhinc die certiſſimè, Non poteris queſtu & lacrymis retinere tuum, ſicuti nec ego fratrem meum. Mortuus meus eſt, morietur tuus, & cum hæc dixiſſet, recitato prius ex 12. Æneid: Virgilij (cuius nomen, antea ne quidem nominari filia mea audiuerat) hoc verſiculo: Quid nunc te tua Turne poteſt Germana iuuare, euanuiſſe. Atq; hoc ſuum ſomnium mirabile, dicta mea filia expergefacta marito ſuo, multisq; aliis, cum gemitu & fletu narrauit, certò ſimiliter ſtatuens, fratrem, quem iam grauiter decumbere ſciebat, dicto tempore diem obiturum. Quod etiam, proh dolor, ſecundum vtriuſq; ſomnium, quarto die pòſt, viceſimo nimirum Aprilis, accidit. Sed ne de ſomniis longas homilias faciam, candidum Lectorem ad Michaëlis Boëmi hiſtorias, qui, quid de iis ſentiendum, quidq; ego ſentiam, & alij viri docti mecum, fuſius explicat, remitto.

Ranzo-

RAnzouiæ clypeus referens inſignia gentis.



Quondam Pallas atrox geſsit cum Marte duellum,
Propter Ranzouij nobile ſtemma viri.
Ille frequens ſtat, & illa frequens, hic vincit, et illa,
Victus & hic, atq; hæc victa, fuêre pares.
Quid certamus? ait Mars tandem, inſignia geſtet
Noſtra, ſit hæc clypei pars mea, & illa tua.
Hinc latus hoc minio tinctum eſt, niue canduit illud,
Muneraq; hinc pectus Martis & Artis habet.

Sequun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

I.

Thedorici Ranzouij, Lubecæ in Templo Cathedrali his verbis lapidi inciſum.

HENRICVS RANZOVIVS, nobilis Holſatus, D. Ioannis filius, Regis Daniæ, tàm vtriusq; Ducatus Sleſuicenſis & Holſatiæ; quàm Obijt A. C. Dithmarſorum Gubernator & loci tenens, THEODORICO RANZOVIO, ſummæ ſpei, optimæq; & generoſæ indolis, vix dum pubeſcenti filio ſuo dulciſsimo, præproperâ immaturâq; morte ſibi erepto, nec non Nicolao Ranzouio, eiusq; vxori Luciæ, â quibus hic THEODORICVS educatus eſt, in memoriam, & certam futuræ reſurrectionis ſpem ſtatuit. Obijt Lubecæ Anno ætatis. 11.

Obijt A. C. 1570. Iun: 17.

Tu quod es, ipſe fui, quid nũc ſim cernere promptum
Omne ſed id quod ſum, tu quoq;, Lector, eris. (eſt,
Vixi, non viuo: imo Chriſti ſanguine viuo,
Dum fidi viuus ſaluificante fide.
Enthea pars cælo ceſsit, pars oſſea terræ,
Ne, qualis fuerim, quære: futurus eram.
Si tamen acceſsit tibi tanta cupido ſciendi,
Dicam, ætate puer, mente ſagace ſenex.

Petrus Lindebergius.

Epitaphium Ioannis Ranzouij, Heidelbergæ ad columnam ſacræ ædis D. Petri in cœmiterio erectum.

Siſte gradum, quiſquis tranſis hac forte, Viator,
Vt diſcas mortis triſtia fata meæ.

Obijt A. C. 1582. Octo. 17.

EGo IOANNES RANZOVIVS, infelix puer, HENRICI RANZOVII Vicarij filius, in hanc vrbem litterarum gratiâ, cum Ducibus Holſatiæ D. Friderico & Philippo miſſus, peſte correptus, & paullò poſt in verâ inuocatione Dei Anno 1582. Octobris 17. mortuus, ac ſine cæremonijs veſpere, eodem die hîc ſepulturæ datus, & ſic humanâ ope deſtitutus, à Deo autem ex hac mortali vitâ ad perpetuam immortalitatem euocatus, in patriam cæleſtem locatus, & à parente triſtiſsimo hoc monumento donatus, reſurrectionē mortuorum, & reparationem omnium rerum exſpecto.

Hîc ego Ranzoâ prognatus ſtirpe IOANNES,
Mortuus humanâ conditione cubo.
Cimbria me genuit, ſed non poſt fata recepit,
Sicq́; peregrinâ ſum tumulatus humo.
Hanc me pertraxit ſtudiorum feruor ad vrbem,
Principibusq́; comes, nobilibusq́; fui.
His licuit cunctis ad patria rura reuerti,
Vnum me reducem noluit eſſe Deus.
Sed benè: mens etenim cæleſti ſede recepta,
Viſitat æternæ docta Lycea ſcholæ.
Corpus humus tegit exanimum, dum ſuſcitet iſtud,
Extremi CHRISTVS tempore iudicij.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Epitaphium Catharinæ Ranzouiæ H. V. filiæ, in æde parochiali Alefeldiorum in vico Kliploe poſitum.

CATHARINAE RANZOVIAE filiæ, Friderici Alefeldij vxori, poſt vnius diei morbum, ſubito mortis caſu abreptæ, cum vixiſſet annos 23. Menſes 5. dies 13. horas 4. HENRICVS RANZOVIVS Vicarius Regius, ac CATHARINA ab Halle parentes, præpoſtero naturæ ordine, in ſenio ſuperſtites relicti, inſperatum hoc memoriæ ſacrum ſtatuerunt. Obijt A. C. 1587. Maij 26.

Hac ego Friderici coniux Alefeldij in vrnâ
Dormio Ranzouiæ lux Catharina domus.
Nil nil præclari generis mihi profuit ortus,
Nil teneræ ætatis tempora prima meæ.
Omnia mors aufert diadema ligonibus æquans, "
Omnia Parcarum tollit auara manus. "
Diſce hinc, quicunq; es, noſtram qui præteris vrnam, "
Quid ſis, quid fueris, quidue futurus eris, "
Nil aliud mortalis homo eſt, quàm labilis aura, "
Puluis, imago, vitrum, flos, cinis, vmbra, sonus. "
Nil aliud fragile hoc corpus, quàm putre cadauer, "
Et dira illuuies, congeriesue luti "
Nil aliud vita hæc, quàm ſemita plena malorum, "
Cumq; dolore labor, cumq; labore dolor. "
At mors æterna eſt requies, via certa ſalutis, "
Et torrens vitæ, principiumq; nouæ. "
Felix qui Domino, cum poßit viuere, viuit, "
Et Domino moritur, cum venit hora mori. "

Petrus Lindebergius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

IV.

Epitaphium FRIDERICI RANZOVII *Colleuure apud Bituriges ſepulti, Lutetiæ Pariſiorum factum.*



Obijt A. C. 1587. Nouemb. 27.

FRIDERICVS RANZOVIVS Holſatus, patre natus nobiliſsimo, & ampliſsimo viro HENRICO RANZOVIO, ſereniſs: Danorum Regis Conſiliario, & in Holſatiâ Legato, Domino hereditario in Bredenberg & Drakenburg.

Patris nempe fortiſsimi genuinâ virtute filius,
Familiæ columen, patriæ lumens,
Equitum ſub Comite Baſſonpierro Magiſter,
Dum ſecunda Chriſtianiſsimo Regi Galliarum
Stipend.a meret, & fugatis hoſtibus, rariori
Comitatu, caſtris longius abſcedit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Naturæ debitum, at ſceleri latrorum indebitum
Tranſuerberatus ſclopeto perſoluit.
Et mortalis corporis mortales exuuias
Cum ſtolâ cœleſti commutauit.
Eas per Magiſtratum horum locorum
Honorificè collectas, & poſtea
A nobiliſsimo viro Andreâ Pleßio Cognato cognitas,
Mœrentes amici huic tumulo mandauêre.

Patriâ procul, patre, procul,
Procul ſepulcris paternis.
An hoc ille infelicior?
Non eſt, non eſt, Viator.
Cur?
Fortibus & pijs omne ſolum
Vt patria eſt, ita ſepulcrum.
Et hoc ſi didiciſti,
Viator, abi.

Parens filio.

DIſpenſante Deo, quæ fiunt, omnia fiunt,
Hic bene agit, quod agit, ſeu graue, ſeu leue ſit.
Hic mihi te natum dedit, hic te rurſus ademit,
Patre dolente procul, matre gemente procul.
Et procul à patriâ terrâ, noſtrisq́ ſepulcris,
Quæ mihi iamdudum condideramq́ tibi
Sed bene habet; Patria omne ſolum et veriſsima cœlum eſt
In quo te viuum, Nate, videbo iterum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Cum mihi te reddet, qui te mihi ademit Ieſus,
Et veniet ſummo turbine ſumma dies.
Interea has lacrymas, & quæ tibi iuſta parento
Nolens atq; volens, ſigna doloris, habe.
Vin mage? nolo pater. Qui fili? Fata recuſant,
Nec libet. Ah liceat; Non licet, Ergo vale.

Petrus Lindebergius.

V.

Epitaphium Caij Ranzouij eiuſdem Henrici Vicarij filij.



Subſi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

SVBSISTE VIATOR

&

Henrico Ranzouio, trium Daniæ Obijt A.C. 1591. 20. April.
Regum in Ducatibus Vicario,
Viro optimo, patri mœſtiſsimo,
Pro pietate tuâ condoleto.
Hic conditur
CAIVS
Ex nobiliſsimâ & antiquiſsimâ
Ranzouiorum gente apud Cimbros oriundus,
Spes patris & patriæ, matris ſolamen,
Columen familiæ.
Qui reuerendiſs: Bremenſis Archiepiſcopi,
Holſatiæ Ducis, Ioannis Adolphi, Conſiliarius,
Et Arcis Gottorpij Præfectus,
In ipſo ætatis flore,
In medio vitæ curſu,
Cum hebdomatico quarto completo
Vixiſſet annos octo & viginti,
Menſes octo, dieſq; vndecim,
Pro thalamo, quem cogitabat,
Tumulum adit.

CIↃ. IↃ. XCI. XX. Aprilis, Bredenbergæ.

Vin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Vincor materiâ, & citò tu vis ire Viator,
Expediam verbis, ne mora longa, tribus.
Hac iacet illuſtri CAIVS RANZOVIVS *vrnâ,*
Filius Henrici: cætera noſcis, abi.

Petrus Lindebergius.

Parens filio.

SIccine, mi Cai, ô Cai dulciſſime fili,
Soluere nunc cogor iuſta ſuprema tibi.
Siccine, mi fili, ô fili cariſſime Cai,
Nunc cogor natum te ſepelire pater.
Te iuuenem ſepelire ſenex, tibi condere buſtum,
Viuus & exſtincto pro thalamo tumulum.
Qui mihi debueras naturæ lege ſuperſtes
Soluere, quæ cineri munia ſoluo tuo.
Cui Sextus iam nunc & Sexageſimus annus
Labitur, & vitæ meta peracta fere eſt.
In terris contra, cum tu, fili optime, nondum
Vitæ compleſti bis tria luſtra tuæ.
O præmaturi cineres, ô funera cruda;
O placidè liceat mî propereq́ mori.
Sat Patriæ, & natis hoc mundi in carcere vixi,
Diſſolui cupio, cum Deo & eſſe meo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Attamen haud mea, ſed fiat diuina voluntas,
Cui me trado volens, ſubijcioq́; libens.

Filius patri.

Ah pater exoſis quid cœlum fletibus imples,
Deſine me nimium, deſine, flere, pater.
Nemo hominum moritur caſu, neq; naſcitur vllus,
Pendet at à ſolo vitaq́; morsq́; Deo.
Quem penes eſt ſolum largiri viuere longum,
Quem penes eſt ſolum funera mœſta dare.
Cuius, vt ipſe vides, facta eſt immota voluntas,
Cui placuit rigido traderem vt oſſa ſolo.
Ille iterum in vitam me nigrâ ex morte reducet,
Meq́; meæ matri, reſtituetq́; tibi.
Cum tuba cæleſtis feriet clangoribus orbem,
Hocq́; triplex mundi flamma reſoluet opus.
Quare age, care pater, durum compeſce dolorem,
Teq́; tibi ſerua, dum ſinit ipſe Deus.
Nil mihi ſingultus, lacrymæ nil proficit imber,
Cum factum infectum reddere nemo queat.
Sufficiunt tumuli, & quam præſtas, patria ſiorge,
Abs te nil aliud, mi pater, oro, vale.

Petrus Lindebergius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Eiuſdem Petri Lindebergij Elegia conſolatoria ad H. R. de obitu filij viriliter ferendo.

SI toties morimur, quoties nos pignore priuant
Fata, velut docto Publius ore refert.
Heu quoties vixiſſe, Heros, te, nobilis, aiam,
Pignoribus toties qui viduare tuis.
Primus de natis THEODORVS lumina claudit,
Quò ſtat Vandaliæ, pulcra Lubeca, caput.
Deinde Palatinas vbi Neccarus allu.t arces,
IANVM præproperè ſuſtulit atra dies.
Poſt natarum vna Arctoo CATHARina ſub axe,
Ante diem celeri morte perempta cadit.
Mox annis, animoq; vigens FRIDERIcus ab ictu
Conficitur ſclopi, Gallica caſtra ſequens.
Tandem etiam, poſt tot natorum funera, CAIVM
Hocce tuo in ſenio mors truculenta rapit.
Prætereo neptes; ſileo quoq; pignora Fratris,
Quorum non pauci ſuccubuêre neci.
Prætereo Agnatos, quorum virtutis amore,
Vita tibi dulcis, mors onerosa fuit.

Haud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Haud igitur mirum, cœli quòd limen anheles,
Et rores fletu ſidera ſicca tuo.
E luctu in luctum cum conieceris amarum,
Semper & obducto vulnere vulnus alas.
Quis ſeſe in tali fortunâ temperet? Ah quis
Non tecum ſalſis ſe maceret lacrymis?
Verùm cum fuerit fati hæc immota voluntas,
Ipſiusq; DEI velle, neceſſe feras.
Aduerſus ſtimulos durum eſt impingere calces, “
Durius aduerſus fata mouere manum. “
Fit facilè & ſubitò, fieri quòd fata requirunt, “
Fit facilè & ſubitò, quòd cupit ipſe DEVS. “
Qui quòd agit, benè agit; quod & ordinat, ordinat “
Et iuſtus iuſtè, quòd facit, omne facit. (æquè; “
Qui, velut eſt viſum & placitum ſibi, cuncta guber- “
Siue ea grata tibi, ſiue moleſta tibi. (nat, “
Non abſq; illius nutu paſſerculus vnus, “
Decidit in duram corpore læſus humum. “
Neue aliquis noſtri capitis de vertice cirrus, “
Immò nec minimus, ni volet ille, pilus. “
Quare age, Ranzoi, Domino te ſubijce Chriſto,
Et placidus placidè hoc pergraue perfer onus.
Hoc graue perfer onus; Patientia nobilis herba eſt, “
Sed non hanc ipſam quilibet hortus habet. “

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Atq; vt ſæpè aliàs, ſic hunc quoq; pelle dolorem,
Qui leuior cunctis iure putandus erit.
Huic etenim nato, reliquis quòd fata negarunt,
Soli conceſſum eſt in patriâ arce mori.
Huic ſoli præſens, reliquis quòd fata negarunt,
Extremum dixti perpetuumq; vale.
Hunc ſolum, ſolum, reliquis quòd fata negarunt,
Omnibus ex natis tumba paterna tegit.
Queîs ſimul adijcio, quòd Chriſto fidus adhærens,
Mortuus in verâ & ſaluificante fide eſt.
Tuq; illum rurſus rediuiuâ carne videbis,
Vltima cum terris fulſerit illa dies.
Interea poſito fletu, poſitoq; dolore,
Et tu qui ſimilis bulla, memento mori.
„ Mors certa eſt, fortuna leuis, breue viuere noſtrum,
„ Pulcrum mane rubens, veſpere triſte iacens.
„ Ibimus hinc omnes, omnes hinc ibitis, ibunt
„ Quæ ſupra, quæ infra, ſuntq; ſolum, atq; polum.
„ Felix, qui tandem ſupremam funeris horam
„ Implet fine bono, claudit amore Dei.
„ Hoc Iobi dicto, Dominus dedit, abſtulit idem,
„ Vt Domino placuit, cuncta ita facta cadunt.

Quere-

Querela Veneris.

AH quid, Diua Venus, quid amaris fletibus vrges
Lumina, fluminibus ſaucia facta nouis.
Non equidem fruſtra ſingultibus ora redundant;
Tum minus incaſſum crebra querela cadit?
Fallor? an experta es rurſum diſpendia regni,
Diſtraxitq; tuum ſæua Megæra gregem?
Eſt ita: quæ nouit nulli mors parcere; frondem
Abſtulit illa manu ſat properante meis.
Iuit in antiquam ſyluam, cui præſidet Heros
Ranzouius, multâ relligione grauis;
Atq; ibi florentem genere, & virtute feracem
Ramum, non ſolitâ vulſit iniqua manu:
Ramum; quem flores: quem Lunæ numen amabat;
Et qui Danorum ſedibus aptus erat.
Scilicet hunc propter triſtes has fundo querelas,
Atq; hos concipio mente gemente modos.
Gaudia ſunt alijs: vni mihi triſtia reſtant;
Quæ mihi non æquo iure Megæra ferit.
Quin ſi per lacrymas, & hiantia verba liceret
Fletibus, exprimerem fuſiùs iſta tibi.
Iam quando terris feſtino aduertere proram;
Tantùm de Caij hæc concipe verba toro.
Iura maritalis thalami, ſociumq; cubile
Conſenſu patrum, mox ſubiturus erat.
Gaudebant Flores: gaudebant flumina Storæ
Perq; ſacros montes vndiq; plauſus erat.
Quin etiam in ſyluâ, ſi rectè audita recordor,
Nuper aues tales concinuêre modos.
Felix coniugium, quod nomen & omen adumbrat,
Speramus: donum hæc nam Dorothea Dei eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Ergo Dei donum cum ſit Dorothea: quid obſtet,
  Quo minus hæc donum ſit Dorothea Dei?
At modò neſcio quæ cæptum perturbet Erynnis:
  Iam fieri video pro thalamo tumulum.
Iam Caio non virgo datur Dorothea: Deorum
  Sed nutu dono fingitur eſſe data.
Ergò in eâ dotes tot concipit ille, quot illa
  In terris poſt ſe grata relinquet opes.
Illa ſolo ad tempus manet: Hic ſed in æthere viuit:
  Viuit vt illa ſolo: viuit ita illa polo.
Ille quod hic fuerat; manet illa: ſed ille quod eſſe
  Cœpit: id hæc fiet conditione pari,
E, e, ſic hominum cæci vertuntur amores?
  Sic quem credideras viuere; vixit heri?
Proh quæ pernicies Fati: quæ tanta ruina?
  Coniugium verè eſt nil niſi iam tumulus.
Dum ſperas faciles in amore fideliter annos:
  Ante fores adſtat mors inimica tuas.
Ergò nil firmum ſperes; monet annus, & almum
  Quæ vicibus certis proterit hora diem.
Sic quoqꝫ iam liquit vitalis luminis auras
  Caius; qui longum viuere dignus erat.
Viuere dignus erat ſeros feliciter annos:
  At nunc ſpes vitæ concidit iſta: FVIT.
Non pietas: non hunc potuit ſeruare venuſtas:
  Nec timor, aut probitas: Quid potuēre? PERIT.
Ergò agite ô Flores cineri ſuſpendite dona,
  Atqꝫ ea pro thalamo, ſoluite iam tumulo.
Dicite Ranzouius partâ iam pace quieſcit,
  Ociaqꝫ æternæ plena ſalutis agit.
Vitam morte: diem tenebris mutauit; & orbem
  Vrbe: polum lacrymis: fœnora funeribus.

Mich. Clenou.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Inſcriptiones monumentorum quorundam Ranzouianorum.

Inſcriptio ſacelli Itzehoënſis nuper ab Henrico Ranzouio conſtructi.

EGO *HENRICVS RANZOVIVS, trium Daniæ Regum in Ducatibus Vicarius, ex vnanimi Dn. Abbatiſſæ Catharinæ Aleſeldiæ, & Conſulum vrbis Itzehoæ, ac templi ibidem D. Laurentij Curatorum conſenſu, quibus ad ædificationem eiuſdem 530. tetradrachmas dedi, Anno à partu ſemper virginis 1591. ætatis verò meæ 66. hanc ædiculam ſeu ſacellum exſtrui, Deoq; Trino ac vni dedicari ac conſecrari feci, inq; illud ex auitâ iam penitus repletâ, et nimis anguſtâ cryptâ, patris, matris, & filij Caij corpora transferri curaui, vt eſſet tàm mei ipſius, coniugisq; Chriſtinæ ab Hallen, vnicè cariſſimæ, & poſterorum, quàm vtriuſq; parentis et filij conditorium commune. Cum quibus etſi nunc non queo loqui: tamen à morte inuicem oſſa miſcebimus noſtra, & quemadmodum in terris viximus vitam mortalem, ſic iterum reſuſcitati in cælis viuemus æternitatem æternam.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Epigramma in idem.

Condidit Henricus monumentum hoc nomine Ran-
Pro ſe, proq; ſuæ poſteritate domus. (zou,

Aliud ad H. R.

Dum templa ædificas, Ranzoi, terrea Patri,
Præparat ipſe tibi cælica tecta DEVS.

Alio modo.

Dum buſtum condis, Ranzoi, vtriq; parenti,
En rurſum in cælis aurea templa meres.

Alio modo.

Templum, Ranzoi, paruum ſtruis, optime patri,
Templa tibi rurſum præparat ampla DEVS.

Emblema H. R.

Dies mortis æternæ vitæ natalis eſt.

Mors quæ corporeæ eſt huius deſtructio maſſæ,
Ianua ea eſt vitæ, principiumq; nouæ.

Aliud eiuſdem.

Ita ſe comparent in vita, vt vinci & mori neſciant.

Sic homines, æquum eſt, traducant tempora vitæ,
Vt vinci nequeant, vt nequeantq; mori.

G Petrus Lindeb.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Inſcriptio Sarcophagi.

Quem idem H. R. mortalitatis memor, ex ſolido lapide excauari, & in prænominati Conditorij medio, ad ſe in eo ſepeliendum à morte, poni curauit.

In hoc ſarcophago conditus eſt HENRICVS RANZOVIVS, Ioannis Equitis Aurati filius, Henrici nepos, Bredonis pronepos, Caij abnepos, Regis Daniæ Chriſtiani III. Friderici II. & Chriſtiani IV. olim vices in Ducatibus Sleſuicenſi, Holſatiæ, & Dithmarſiæ gerens, Præfectus arcis Segebergenſis, Dominus in Bredenberg, Drakenburg, Rintelem, VVellingsbuttel, Hatſtedt, Tuſchenbeck, Ranzouisholm, VVandesbeck, Bucken, Melbeck, Redingſtorp, Ouendorp, Nutzſchouu, Nuchel, Gronouu, Stelnouu, Erffradt & Ranzouu, qui vixit annos .... Mortuus anno ...

H. R. Vicarius ad imitationem Pontani de ſuo ſarcophago.

Viuus lapideum hunc mihi paraui lectulum,
In quo iacerem mortuus.
Noli obſecro me mortuum laceſſere,
Qui viuus obfuî nemini.
Henricus ille namq; ſum Ranzouius,
Regis Dani Vicarius.

Quem plurimùm plures amarunt Principes,
Suiq́ꝫ paſſim ſubditi.
Quem docti honeſtarunt viri, cumq́ꝫ improbis,
Laude cumulauerunt probi.
Nunc, HOSPES, ecquis ſim, aut mage fuerim, tenes,
Veruntamen qui tu ſies,
Non cognitum eſt mihi. Igitur vt teipſum bene
Noſcas rogo: His longùm vale.

H. R. alloquitur ſuos, eodem in loco à ſe ſepultos.

ACcipe care pater, quæ munera filius offert,
Sintq́ꝫ precor cineri munera grata tuo.
Tu mihi das lucem vitæ, do mortis honores:
Heu heu quàm diſpar gratia noſtra tuæ eſt.
Accipe fraternum, Frater cariſſime, munus,
Et tu cara, piâ cum genetrice, ſoror.
Accipito & Fili gratiſſima dona Parentis,
Qui mihi debueras buſta parare ſeni.
Heu mihi, quòd numerum reliquorum Filius auxit,
Hoc queror, hæc luctus maxima cauſa mei eſt.
Sed iuſtus Deus eſt, ſic iuſtè cuncta gubernat,
Ac fuit hæc iuſto res ita viſa Deo.
Quem mihi filiolum dederat, mihi rurſus ademit,
Cuius velle fuit, nunc quoq́ꝫ nolle fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Inſcriptio Altaris Itzehoenſis.

Itzehoæ in templo D. Laurentij, vbi altare S. Trinitatis apud ſepulcra Ranzouiorum eſt, hæc ſequentia in tabulâ lapideâ, cui Crux Dominica inſerta, leguntur.

Supra Crucem.

HOc altare à Breidone Ranzouio A. C. 1456. conſecratum eſt Sanctæ & Indiuiduæ Trinitati, & ab ipſius filijs Hermanno, Marquardo, Petro, Henrico, Paulo, eorumq́; poſteris, perpetuis annuis prouentibus liberaliter dotatum.

Infra Crucem.

CAius Ranzouius, Henrici Vicarij Regij filius, Præpoſitus Hamburgenſis, qui Latinam & Gallicam linguam calluit, cum aliquot annos in Aulâ Regis Daniæ Friderici II. ſubſtitiſſet, & ab eo decem millibus Thalerorum, eò quòd cum litteris regiis pacem concernentibus, inter Regem Hiſpaniarum, Reginam Angliæ, & Belgicos ſtatus in Belgium miſſus, & captiuus non leues ibidem iniurias ſuſtinuerat, donatus fuiſſet, in aulam Brun-

ſuicenſem cum coniuge Henrici Julij Epiſcopi Halberſtadienſis, ac Ducis Brunſuicenſis & Luneburgenſis, profectus eſt. Poſtea verò ab Archiepiſcopo Bremenſi & Holſatiæ Duce, D. Iohanne Adolpho, in numerum Conſiliariorum Holſatiæ aſcitus, & ampliſſimæ præfecturæ Gottorpienſis adminiſtrator deſignatus, cum ad prouinciam ſibi demandatam contenderet, ac vix Bredenbergam ad lares patrios veniſſet, ibiq́ʒ ex febri peſtilenti dies 14. decubuiſſet, immaturâ, proh dolor, morte præreptus Sponſus obijt A. C. 1591. Die 20. Aprilis, circa horam 7. veſpertinam, Aetatis 28. Menſium 8.

* *

Hoſpes quid ſim vides: quis fuerim noſti,
Futurus ipſe quid ſis, cogita.
Fui, non ſum, eſtis non eritis, nemo immortalis,
Vt moriens viuerem, vixi vt moriturus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

INSCRIPTIO

Lapidis, in ædiculâ S. Georgij extra vrbem Itzehoënſem conditâ, qua parte exterior parietis facies Boream ſpectat, poſiti.

Ego HENRICVS RANZOVIVS, Joannis filius, Chriſtiani III. Friderici II. & Chriſtiani IV. Daniæ Regum Vicarius, S. P. Q. Itzehoënſi & pauperibus, hos lapides, numerum decem millium excedentes, ad ædificationem huius Fani D.D. A. C. M. D. XCI. Aetatis 66.

Epigramma.

Quid lapis iſte? pij autoris, pia munera ſignat,
Munera quæ? Lapides, vnde ſtat iſta domus.
Autor quis domi? HENRIcus RANzouius autor,
Inſigni cuius de pietate fluit.
Dat miſeris: miſeri pro tanto Heroe precantor,
Vt placidè, at ſerò cælica regna petat.
Heroem tellus, cælum, maria alta loquentur,
Donec in hac Saxum mole ſuperſtes erit.

HEN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Perpetuum de Bibliothecâ ſuâ decretum.

Quæ infra ſcripta ſunt, hunc in modum ſancita ſunto,
Inuiolatèque obſeruantor.
Ranzouij, nec quiſquam alius hanc poſsidento,
Hæredes eam non diuidunto,
Nemini libros, codices, volumina, picturas,
Ex ea auferendi, extrahendi,
Alioue aſportandi,
Niſi licentia Poſſeſſoris,
Facultas eſto.
Si quis ſecus fecerit,
Libros, partemue aliquam abſtulerit,
Extraxerit, clepſerit, rapſerit,
Concerpſerit, corruperit,
Dolo malo,
Illicò maledictus,
Perpetuò execrabilis,
Semper deteſtabilis,
Eſto, maneto.

Epigramma de eadem.

HIc monumenta vides hominum, quos quælibet æ-
Ob Sophiæ ſtudium iuſſit honore coli. (tas,
Qui te colloquij, quamuis ſint morte ſoluti,
Participem multâ reddere voce queunt.

De eadem ad H. R.

Non ſatis eſt armamentaria condere magna,
Bibliotheca etiam condita pulcra tibi eſt.
Pacis vt & belli, Ranzoi, munia cures,
Vtrunq; & ſubeas Martis & Artis opus.

In Pyramidem Segeb.

Romani quondam veteres mirâ arte ſtruebant,
Pyramides pulcras, conſpicuosq; tholos.
Iam nunc Ranzouius ſtruxit non arte minori,
Pyramidem pulcram, conſpicuumq; tholum.
Magnus honos, magna hæc velle et quoq; cõdere poſ-
Aſt cæpta ad finem ducere, maior honos. (ſe,

In Obeliſcum Segeb.

Dum ſtabit nullis Obeliſcus dirutus Euris,
Stabit Ranzouij gloria, ſtabit honos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

De fragilitate vitæ humanæ Epigrammata aliquot.

Ex 1. & 2. cap. Iobi.

Quas olim donarat opes, has abſtulit igne,
Omnia pro libitu dans adimenſq; Deus.
Si bona de Domini manibus ſuſcepimus, æquum eſt,
Forti animo immiſſum ſuſtinuiſſe malum.
Ingreſſus terram nudus de ventre parentis,
Nudus in effoſſum rurſus inibo ſolum.
Rurſum exſpectabunt Dominum poſita oſſa ſepul-
Idem ego, non alij, carne videbo Deum. (cro,
Sit nomen Domini benedictum. Nam dat & aufert,
Reddit & occidit, viuificatq; Deus.

Aliud.

Vita piis mors eſt, mors vita, hìc viuere iuſtus
Neſcit, ſed credit viuere cùm moritur.
Hinc abiêre Patres, mox tuq; omneſq; ſequemur,
Ire omnes vnam cogimur in patriam.
Interea ſemper noſmet decet eſſe paratos,
Ne nos incautos opprimat ille DIES.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Aliud.

» *Quisquis es, haud vitæ, nec honori fide caduco,*
» *Aſpera cum ſortis vis venit illa iacent.*
» *Perpetuò nemo viuit, rapit omnia lethum,*
» *Fluxa obeunt, pereunt lubrica, cuncta cadunt.*
» *Fama leuis, leuior fortuna, leuiſſima mens eſt,*
» *Hæc multò excellit ſed leuia vnus homo.*
» *Fama breuis, breuior fortuna, breuiſſima mens eſt,*
» *Hæc longè exſuperat ſed breuia ipſius homo.*
» *Mobilis eſt ventus, veloxq; volubilis annus,*
» *Gloria noſtra breuis, ſunda voluta leuis.*
» *Mobilior ſed homo eſt, hominis velocior ætas,*
» *Et leuior, breuior, vita necisq; dies.*
» *Marceſcunt ſubito violæ, citò lilia languent,*
» *Somnus abit, pereunt vitra, volatq; ſonus.*
» *Sed citius flacceſſit homo, citiusq; fatiſcit,*
» *Quàm violæ, ſomnus, lilia, vitra, ſonus.*

Petrus Lindebergius.

Aliud.

» *Mors quemcunq; manet, fato ſunt ſubdita cuncta,*
» *Mors eadem nobis eſt adeunda breui.*
» *En rapimur, ſenſim morimur, mutamur in horas,*
» *Vita fugit, tempus labitur, hora volat.*

Omnia

Omnia tranſibunt, & nos tranſibimus omnes, „
Sola manent veri verba ſacrata Dei. „

Petrus Lindebergius.

Aliud.

Naſcimur hic fletu, fletu traducimus æuum, „
Et noſtrum in terris eſſe, fuiſſe parum eſt. „
Dum nos hic edimus, bibimus, dormimus, abimus, „
Annum nemo poteſt addere, nemo diem. „
Omnes ſub fati firmatâ lege tenemur, „
Exitus in dubio eſt, hora, locusq́; necis. „
Felix qui viuit ſic, demum vt viuere poſſit, „
Et famâ exoritur præpete, cum moritur. „
Quisquis es iccircò, dum viuis, viuere diſce, „
Vtq́; Deo viuas poſtmodo, diſce mori. „

Petrus Lindebergius.

Aliud.

Mors nihil à nobis niſi morbum & crimina tollit,
Surgit homo, morbum & crimina linquit humo.
Natus humo nutritur homo, per humumq́; mouetur,
Jnq́; reuerſus humum carne reſurget humo.
Sortis enim humanæ eſt, non ſemper viuere: ſed ſic
Viuere, ne mors ſit pœna futura, Dei eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Aliud.

Mortalis nemo eſt, quem non attingat dolor
Morbusq́;, multi ſunt humandi liberi
Rurſum creandi: morsq́; eſt finis omnibus,
Quæ generi humano nequicquam angorē afferunt.
Reddenda eſt terra terræ, tum vita omnibus
Metenda vt fruges. Sic iubet neceſſitas.

HENRICI RANZOVII
Preces pro felici ex hac vita exitu



Alme

Alme pater, vitæ qui das primordia noſtræ,
Quiq́ ſacro nobis numine ſemper ades.
Fac etiam vitæ felix ſit vt exitus huius,
Vltima nec mortis ſit grauis hora mihi.
Patria, fama, domus, ſpes, Rex, fortuna, valete,
Sat mihi, ſat vixi, Cimbria cara, tibi.
Diſſolui cupio, vitæ pertæſus, & eſſe
Cum Chriſto, Chriſto dulce vocante mori.

Eiuſdem.

Sat mihi, ſat laudi, caris vixi ſat amicis:
Mors mihi ſperati muneris inſtar erit.
Ergo fama vale, ſpes & fortuna valete,
Tu quoq; Rex clemens, patria, ſtemma, vale.

Eiuſdem.

Viuo, poſt moriar, ſic fert diuina voluntas,
Hac quæ vult, eadem me quoq; velle decet.
Vita mihi melior continget temporis huius
Vitâ, quam vixi, vita operoſa fuit.
Quam ſpero vitam, Chriſti mihi ſanguine parta eſt,
Hac dabitur lætâ pace, Deoq́; frui.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Votum eiuſdem ad imitat: Xenoph.

Da qui cuncta potes, Deus alme, mihiq; meisq;,
Sanas in ſano corpore mentis opes.
Da ſimul vt rebus cunctis induſtrius adſim,
Et properè faciam quæ facienda mihi.
Da valeam linguâ toto molimine vitæ,
Impoſitiq; feram grande laboris onus.
In duris animum fortem concede periclis,
Hoſteſq; intrepidè vincere Marte tuo.
In conſultando prudentiam ab æthere mitte,
Conſtantemq; Ducum gratiam ad vſq; rogum.
Patria feuda, meaſq; domos, te dante, paratas
Da proprio cenſu ſumptus honeſtus alat.
Et tandem me, poſt placidam iuſtamq; ſenectam,
Æternâ in requie tumba paterna tegat.
Donec me ſuperas rurſum reuocabis in auras,
Et dabis in nitido regna beata polo.

FINIS.

* *
*
* *
*
* *
*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Index.

Henrici Ranzouij de ſomnijs liber à fol: 1. vſq; ad fol: 29.
Inſignia Ranzouiana fol: 30.
Theodorici Ranzouij H. filij Epitaph: fol: 31.
Ioannis Ranzouij H. filij Epitaph: fol: 32.
Catharinæ Ranzouiæ H. filiæ Epitaph: fol: 33.
Friderici Ranzouij H. filij Epitaph: fol: 34.
Caij Ranzouij H. filij Epitaph: fol: 37.
Elegia conſolatoria Petri Lindebergij ad Henr: Ranz: de obitu filij viriliter ferendo fol: 41.
Inſcriptio Sacelli Itzehoënſis. fol: 45.
Typus eiuſdem fol: 46.
Inſcriptio Sarcophagi H. R. fol: 48.
Inſcriptio altaris Itzehoënſis. fol: 50.
Inſcriptio lapidis in ædiculâ S. Georgij Itzehoæ fol: 52.
Decretum bibliothecæ Ranzouianæ fol: 53.
Epigrammata aliquot de fragilitate vitæ humanæ. fol: 55.
Preces H. R. pro felici ex hac vitâ exitu. fol: 58.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 382 [45,-197 4°]